

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Votum m
cum fonte primo

Ego non arbitror minora uota impedire debere maiora, nec Deum exigere quodcumque sibi promissum bonum, si pro eo melius aliquid fuerit persolutum. Et enim uero alicui forte debenti uobis duodecim nummos, nunquid, si pro eis die constituto marcam solueret argenti, iuste irasceremini?

Bernardus epistola LVII.

Super quo si nostram sententiam requiritis,
ego non arbitror minora vota impedire debere maiora, nec Deum exigere quodcumque sibi promissum bonum, si pro eo melius aliquid fuerit persolutum. Enimvero alicui forte debenti uobis duodecim nummos, nunquid, si pro eis die constituto marcam solueret argenti, iuste irasceremini?

Bernardus Claraeuallensis, *Epistolae*, 57 (SBO 7, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.149, ll.7-11).